

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia  
(A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

---

ANNALES MONASTERII DE WINTONIA.

519—1277.

FROM

MS. COTTON. DOMITIAN A. xiii.

VOL. II.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia  
(A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## ANNALES MONASTERII DE WINTONIA.

- MS. C.C.C. 339, called by Bale Richard of Devizes.
- DXIX. Cerdicius rex West Saxonum annis xv. Toto tempore A.D. 519. quo Arturus occupatus erat in Galliis, Saxones faciebant<sup>1</sup> sibi f. 7. munitiones super omnes colles et montes excelsos, quorum Cerdic. vestigia remanent usque hodie. Cerdicius mortuus est ante reditum Arturi in Britanniam, et sepultus in Wintonia; et post illum regnavit Cenricus filius ejus. Johannes Papa.<sup>2</sup>
- DXXI. Boetius *De Consolatione Philosophiæ* librum edidit.<sup>2</sup>
- DXXIII. Felix Papa.<sup>2</sup>
- DXXVII. Bonifacius Papa.<sup>2</sup>
- DXXXVIII. Justinianus imperator legislator.<sup>2</sup>
- DXXXX. Johannes Papa.<sup>2</sup>
- DXXXXII. Templum Sanctæ Sophiæ apud Constantinopolim funditus renovatum, nono anno perfectum est.<sup>2</sup>
- DXXXXIII. Agapitus Papa.<sup>2</sup>
- DXXXXIV. Cenricus filius Cerdicii, rex West Saxonum annis xxiv. Anno istius septimo Arturus, post strages multorum regum et principum, post infinitas animas missas ad inferos, post Lucii decapitationem, audita temeritate Modredi, non multum doluisset nisi Modredus thorum in suum ascendere præsumpsisset. Reducto igitur exercitu in Britanniam, commisso prælio cum Modredo nepote suo, Modredus occubuit; et Arturus vulneratus portatus in insulam Avallonis futuris de se fabulam fecit. Constantinus autem, filius Cadoris, ducis Cornubiæ, occisi in Galliis, factus est rex Britonum.
- DXXXXV. Silverius Papa.<sup>2</sup>
- DXXXXVI. Vigilius Papa.<sup>2</sup>
- DXXXXVII. Recepit a diabolo Theophilus cyrographum suum.<sup>2</sup>
- DXLI. Ethelbyrtus rex Cantie quem Augustinus baptizavit.<sup>2</sup>
- DXLVII. Ida rex Norhumbriorum primus.

Geoffrey of Monmouth, p. 203, ed. Giles.

Cynric. Story of Arthur and Modred.  
Constantine succeeds Arthur.

<sup>1</sup> *faciebant*] faciebat, Cott.

<sup>2</sup> These entries are in the margin of the MSS.

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 541. DLII. Pelagius Papa. Iste se purgavit de morte Vigili MS. C.C.C.  
Papæ. Constantinus filius Cadoris rex Britonum.<sup>1</sup> 339.
- Cenricus, vivendi finem faciens, Ceaulinum filium suum regni reliquit hæredem.
- Puer quidam Judæus, quia cum pueris Christianis casu in die Paschæ communionem acceperat, in clibanum ardentem projectus a patre, vivus et illæsus egressus est.<sup>1</sup>
- Ceawlin. DLVIII. Ceaulinus filius Cenrici rex West Saxonum annis xxxi. Iste a Britonibus et Anglis Cantia communitè oppugnatus, in exilium actus est, et extra insulam defecit.
- DLXI. Ælla rex Norhumbriorum.<sup>1</sup>
- DLXIII. Lotarius rex Francorum Cramnium filium suum perimit.
- DLXIV. Johannes Papa. Chilpericus rex Francorum.
- S. David. DLXV. David Menevensis episcopus.
- DLXXII. Augustinus venit in Angliam.<sup>1</sup>
- DLXXXV. Gunturinus, rex Francorum, dormiens vidit se transire pontem ferreum et invenire thesaurum; et armiger ejus vigilans vidit parvum animal de ore regis egressum, cui volenti et non valenti vicinum rivum transire, de nudo illi gladio pontem fecit, per quem transiens rediit in os regis.
- f. 7 b.
- Ceolric. DLXXXIX. Celricus, Ceaulini nepos, rex West Saxonum annis v.
- DXCI. Ormsdam regem Persarum filius ejus Cosdroe occidit. Et Ethelricus rex Norhumbriorum.
- DXCIII. Edbaldus rex Cantia.<sup>1</sup>
- Ceolwulf. DXCV. Ceowulfus, frater Celrici, rex West Saxonum.
- Ethelfrith. DXCVI. Ethelfridus rex Norhumbriorum.
- Cynegils. DCVIII. Kinegilsus filius Celrici rex West Saxonum. Iste Pendam regem Merciorum fines suos egressum taliter semel excepit, quod ulterius nihil minus cogitabat quam cum illo contendere. Istum baptizavit Sanctus Birinus episcopus. Baptizatur ab eodem Birino filius Kinegilsi Kinewalcus; et omnes Saxones ejusdem regni credentes baptizati sunt. Iste dedit Sancto Birino civitatem Dorcacestram; ut sederet interim in ea, donec conderet ecclesiam tanto sacerdote dignam in regia civitate. In votis enim ejus erat in Wintonia ædificare templum præcipuum; et collectis jam plurimis ad opus ædificii, terram totam ambientem Wintoniam a centro Wintonia usque ad circumferentiam ab omni parte linea exeunte septem leucas habentem ædificandæ ecclesiæ in dotem dare disposuit. Quæ quia letifera præventus ægritudine per se

His intention of building a church at Winchester.

<sup>1</sup> These entries are in the margin of the MSS.

MS. C.C.C. 339. A.D. 607.

complere non potuit, vicario usus est; vocatumque ad se filium suum Kinewalcum fecit jurare coram Sancto Birino in animam suam, quod ipse ecclesiam sede episcopali<sup>1</sup> dignam construeret in Wintonia, et terram quam circinnaverat eidem ecclesiae ad opus ministeriorum ejus ex parte sua Deo offerret, et in jus perpetuum confirmaret.

DCXVII. Ercombirtus rex Cantiae.<sup>2</sup>

DCXX. Edwinus rex Norhumbriorum.<sup>2</sup>

DCXXVI. Penda rex Merciorum primus.<sup>2</sup>

DCXXXIII. Sanctus Birinus venit in Angliam.<sup>2</sup>

DCXXXIX. Kinewalcus filius Kinegilsii, rex Britonum. Iste post vexationes quas pertulit a Penda rege Merciorum propter repudium filiae suae, ecclesiam pulcherrimam construxit in Wintonia; et totam terram, quam pater voverat ecclesiae, contulit et confirmavit. Agilberto vero episcopo Dorcestriae, successore Birini, diffugiente ad votum regis sedem transferre

Wintoniam, rex qui linguam Agilberti (quia Gallus erat) parum noverat, fecit sibi nacta occasione sacrari in episcopum novae sedis quendam Saxonem nomine Wine; et divisa est una diocesis in duas. Apposuit Kinewalcus rex post oblationem patris factam de Chiltecumba,<sup>3</sup> de suo proprio dono ditare Wintoniensem ecclesiam; cui tria maneria, scilicet Duntun, Alresford, et Wordiam<sup>4</sup> contulit; et in illa humatus est.

DCXLI. Egbertus rex Cantiae.<sup>2</sup>

DCXLIII. Dagobertus rex Francorum.<sup>2</sup>

DCXLIV. Chiltecumba<sup>3</sup> data est Wintoniensi ecclesiae.<sup>2</sup>

DCXLVIII. Mahumet apud Gentiles deificatus est.<sup>2</sup>

DCL. Lotharius rex Cantiae.<sup>2</sup>

DCLII. Sanctus Oswaldus rex Norhumbriorum passus est.<sup>2</sup>

DCLX. Wlfhere rex Merciorum.<sup>2</sup>

DCLXI. Edricus rex Cantiae.<sup>2</sup>

DCLXVI. Wine primus episcopus in nova ecclesia Wintoniae.<sup>2</sup>

DCLXVIII. Wichtredus rex Cantiae.<sup>2</sup>

DCLXX. Escuinus cognatus Kinegilsii rex West Saxonum: Escwin. iste humatus est Wintoniae.

DCLXXII. Centuinus Kinegilsii filius de acquisito rex West Saxonum; Wintoniae quiescit.

DCLXXIV. Sancta Etheldreda velata est.<sup>2</sup>

DCLXXXI. Etheldredus rex Merciorum.<sup>2</sup>

DCLXXXIX. Cedwalla rex West Saxonum. Iste post biennium Ceadwalla.

<sup>1</sup> *episcopali*] pontificali, C.C.C.

<sup>3</sup> *Chiltecumba*] Ciltecumba, C.C.C. Chilcomb, Hants.

<sup>2</sup> These entries are in the margin.

<sup>4</sup> Worting.

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 679. regni sui Romam veniens a Sergio Papa baptizatus est, et ibi **MS. C.C.C.**  
migravit. 339.
- Ina. **DCLXXXIII.** Ina rex West Saxonum. Iste construxit<sup>1</sup> cœno-  
Glaston- bium Glastoniæ, et per manum Sancti Aldelmi monachos  
bury imposuit. Iste cum regina sua Ethelburga Romam petiit,  
abbey. ubi in plebeio habitu nulli hominum noti, labore manuum  
Ina and his Deo viventes, post transitum suum qui fuerint et cuius meriti,  
queen at Deo miraculis ostenderunt. Dicitur enim quod ad transitum utrius-  
Rome. que signa urbis intracta ab homine et intacta sonuerunt.
- Gifts of Ina Dederat iste rex Ina, dum esset in regno West Saxonum rex  
to Win- et omnia potens, ecclesiæ Wintoniensi in Vecta Insula quæ  
chester. nunc dicitur Wieth, in loco qui vocatur Ewerelande<sup>2</sup> xxx. hidas  
terræ, et in Brerdinges<sup>3</sup> l. hidas.
- Eadbert. **pcc.** Edbertus rex Cantia.<sup>4</sup>
- Coenred. **dccix.** Kenredus rex Merciorum.<sup>4</sup>
- Ceolred. **dccxiv.** Celredus rex Merciorum.<sup>4</sup>
- Ethel- **dccxxi.** Ethelardus rex West Saxonum. Hujus conjux  
heard. Fritheswitha regina dedit Wintoniensi ecclesiæ Tantonam<sup>5</sup> de  
suo patrimonio. Et ipse rex<sup>6</sup> Ethelardus de sua parte addidit ad  
prædictum manerium ad opus ejusdem ecclesiæ septem mansas.  
**dccxxii.** Ethelbaldus rex Merciorum.<sup>4</sup>
- Cuthred. **dccxxv.** Cutredus cognatus Ethelardi, rex West Saxonum.  
f. 8 b. Hic dedit in Vecta insula Wintoniensi ecclesiæ apud Mule-  
burnam xl. hidas et apud Banewadam xxv. hidas et apud  
Wippingeham xxii. hidas, et terram quæ vocatur Drucam et  
manerium quod vocatur Glera.
- Sigebert. **dccxlix.** Sigebirtus rex West Saxonum. Iste a proceribus  
suis regno dejectus, pauper et exul, a quodam subulco est  
jugulatus.
- Cynewulf. **dccl.** Kinewulfus rex West Saxonum. Iste in insidiis<sup>7</sup>  
occubuit.
- Offa. **dccclxiii.** Offa rex Merciorum.<sup>4</sup>
- Brietric. **dccclxxxi.** Brietricus rex West Saxonum. Iste regno  
expulit adolescentem, Egbirtum nomine, de genere Kinegilsi  
regis, ne sibi succederet. Qui Gallias adiens, nihil de tempore  
perdens, in schola disciplinæ militaris totis diebus tritus est  
et nutritus. Brietrico mortuo, quod vivens veritus fuerat,  
accidit. Egbirtus revocatus in insulam Brietrico successit.
- Egbert. **dccc.** Egbirtus rex West Saxonum. Iste universos juvenes  
regni sui non solum liberos, sed et de glæba assumptos, fortes

<sup>1</sup> *construxit*] construit, Cott.<sup>2</sup> Yaverland.<sup>3</sup> Brading.<sup>4</sup> In the margin.<sup>5</sup> Taunton.<sup>6</sup> *rex*] om. Cott.<sup>7</sup> *in insidiis*] C.C.C. above the  
line has "*legitur per insidias.*"

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## ANNALES DE WINTONIA.

7

MS. C.C.C. et agiles ordinavit in milites; et inde doctor existens unde A.D. 800.  
339.

fuerat ante discipulus, instruxit Gallico more tyrones suos, et assuevit tempore pacis arma portare, ut tempore necessitatis facile facerent quod facere prædicerunt.

DCCCII. Kenulfus rex Merciorum.<sup>1</sup>

DCCCXXVI. Sanctus Kenelmus rex Merciorum.<sup>1</sup>

DCCCXXVII. Ceolwulfus rex Merciorum.<sup>1</sup>

DCCCXXVIII. Bernulfus, rex Merciorum, regis Egbirti deri- Beornwulf. dens studia, experiri primus voluit, doctus plus valeat an indoctus, "dum luditur alea Martis." Invitat et irritat exercitatum feriatum ad prælium, vel ad faciendum sibi homagium. Consulti proceres Egberti quid decernerent eligendum, consuluerunt<sup>2</sup> ferro propulsare pudorem; honestius esse decollari quam libera colla jugo submittere; placet tempus in æstate, Battle of locus apud Ellendone, manerium nunc prioris Wintoniæ. Ellendune. Conveniunt reges ad pugnam cum dispare cultu et numero pugnantorum. Contra quippe centum milites Egberti pallidos et macilentos, Bernulfus habuit mille refectos et rubicundos f. 9. quales decet esse milites Sanctæ Mariæ. Congrediuntur fortiter salutantes se de bene bonis. Mulctantur Mercii sine misericordia; tantoque vincendi vincuntur velocius, quanto qui minus noverant, inconsultius se ingerunt periculo. Cadunt uberius quam grandio vel pluvia, et tamen plures ex delicatis suffocantur sudore quam sanguine. Tota tellus tegitur cada-veribus hominum et equorum. Bernulfus ipse non jam rex Merciorum sed mortuorum, qui

"Nec superesse videt de tot modo milibus unum,"<sup>3</sup>

fugam sibi consulens pro tribus obolis nollet amisisse calcaria.

Triumphato Bernulfo,<sup>4</sup> rex Egbirtus regno West Saxonum Union of regnum Merciorum univit, in quo xvi. pagi fuerant, scilicet Wessex and Mercia Glocestresire, Wirecestresire, Warewicsire, Cestresire, Derbi- by Egbert. sire, Staffordsire, Herefordsire, Oxenefordsire, Bukingehamsire, Extent of Hurtfordsire, Huntindunsire, Bedefordsire, Norhamtunsire, Lei- his king- cestresire, Lincolnesire, Snotingehamsire. Accepto homagio dom. et fidelitate sibi jurata ab omnibus Merciiis libere tenentibus, rex Egbirtus misit Ethulfum filium suum clericum cum exercitu super Cantianos et Orientales Anglos, qui in brevi tempore sine multo sanguine utrumque regnum patri suo subjugavit, et rediens duo illi diademata præsentavit. Rex He takes Egbirtus ultra progrediens Eboracum cepit super Norhumbrios, York, and

<sup>1</sup> In the margin.

<sup>2</sup> *consuluerunt*] consultu, MS.

<sup>3</sup> Ovid. *Metam.* i. 325.

<sup>4</sup> *Bernulfo*] Bernoldo, C.C.C.

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 828. et civitatem Legionum super Britones, et utrumque regnum MS. C.C.C. Chester. sibi subiciens ad ingressum Scotiæ restitit, ut hæredibus suis<sup>339</sup>. aliquid relinqueret acquirendum. Revertens inde Wintoniam, mandavit omnibus majoribus regnorum quæ conquisierat, ut convenirent ad illum die certo Wintoniam. Veniunt Wintoniam clerus et populus, et assensu omnium partium coronatus est Egbirtus in regem totius Britanniae.<sup>1</sup> Edixit illa die rex Egbirtus ut insula in posterum vocaretur Anglia, et qui Juti vel Saxones dicebantur, omnes communi nomine<sup>2</sup> Angli vocarentur. Post cætera non est oblitus pro collato sibi honore Deo gratias reddere<sup>3</sup>; qui dedit Deo et Wintoniensi ecclesiæ in Vecta insula apud Cawelburnam<sup>4</sup> triginta hidas, apud Scaldefotam<sup>5</sup> xlii. hidas, et quatuor villas, scilicet Drokenesford,<sup>6</sup> Wordiam,<sup>7</sup> Aweltonam,<sup>8</sup> et Beddintonam. Egbirtus plenus dierum, mundo valesciens, Ethulfum filium suum non jam West Saxonum, sed totius Angliæ, regem testatus est, sepultusque est in ecclesia Wintoniæ.
- Pedigree of Egbert. Egbirtus rex Angliæ fuit filius Elmundi; qui Elmundus fuit filius Eafæ, qui fuit Eoppæ, qui fuit Ingildi, qui fuit Kenredi, qui fuit Ceowaldi, qui fuit Cudæ, qui fuit Cudwini, qui fuit Ceaulini, qui fuit Kinrici, qui fuit Creodingi, qui fuit Cerdicii, qui fuit Elisii, qui fuit Eslii, qui fuit Giwi, qui fuit Wigii, qui fuit Frewini, qui fuit Fredegari, qui fuit Brondii, qui fuit Beldegii, qui fuit Wodenii, qui fuit Fridevaldi, qui fuit Finni, qui fuit Godwini, qui fuit Getii, qui fuit Phillidis, quæ fuit filia Assaraci, qui fuit filius Ebrauci, qui fuit Mempriti, qui fuit Mandani, qui fuit Loctrini, qui fuit filius Bruti.
- Ethelwulf. DCCCXXXVII. Ethulfus filius Egbirti, rex Angliæ. Iste fuerat subdiaconus in ecclesia Wintoniensi; et quia rex Egbirtus alium hæredem non habuit, dispensante Summo Pontifice, assumptus, an dicam retractus, fuit ad regnum de clericatu.
- His sons. Hic habuit tres filios, Ethelbaldum, Ethelbirhtum, et Ethelred; de quibus non minus gavisus est quam quendam nostri temporis regem vidimus fuisse gavisum de filiis suis. Quartum habuit filium Eluredum nomine, quem Leo Papa quartus ad se a patre missum in regem Anglorum inunxit in urbe Roma. Qui tantæ fuit patientiæ et mansuetudinis, quod cum

<sup>1</sup> The margin has: "Rex Egbirtus gloriosius æstimans se regem regum esse quam rusticorum, reges subactos non delevit, sed homagio accepto fecit eos tributarios."

<sup>2</sup> MS. C.C.C. inserts *indifferenter*.

<sup>3</sup> *reddere*] agere, C.C.C.

<sup>4</sup> Calbourne.

<sup>5</sup> Shalfleet.

<sup>6</sup> Droxford.

<sup>7</sup> Worting.

<sup>8</sup> Alton, Hants.

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

MS. C.C.C. 339. *esset rex inunctus, vivente patre, post patris obitum tres A.D. 837.*

fratres suos quemque post alterum ante se permisit portare coronam.

Sanctus Swithunus episcopus.<sup>1</sup>

Ethulfus rex, orationis gratia Romam adiens, vidit in eundo plurimos extra natale solum de diversis regnis et gentibus nudos et ferro vinctos publice pœnitere; unde motus, ut erat misericordissimus, dicitur impetrasse a Summo Pontifice ut Angli nunquam nudi vel ferro vincti vel extra Angliam cogantur pœnitere. Et propter hanc libertatem denarius Sancti Petri fuisse fertur institutus in Anglia.

Visit of Ethelwulf to Rome.

Peter's pence.

Rex Ethulfus a Roma reversus, totam terram de dominico suo decimavit, et decimam quamque hidam contulit conventualibus ecclesiis per regionem. Et hoc factum est ut totam ex integro terram de Chiltecumba<sup>2</sup> nomine decimæ pro una sola hida Wintoniensi ecclesiæ restitueret, quam Kinegilsus et Kinewalcus reges prius dederant; sed inter istius et illorum tempora alienata fuerat ab ecclesia. Dedit etiam idem rex Ethulfus eidem Wintoniensi ecclesiæ ad augmentum Tantoniam cxliiii. hidas terræ et duo maneria, scilicet Brichtewellam<sup>3</sup> et Wembergam, eidem contulit ecclesiæ, in qua et sepultus est.

f. 10.

Ethulfo mortuo, duo filii ejus regnum paternum partientes, Ethelbaldus in Westsexa, Ethelbirtus<sup>4</sup> in Cantia, regnaverunt.

DCCCLVII. Ethelbaldus et Ethelbirtus filii Ethulfi reges Anglorum. Quorum Ethelbaldo moriente, Ethelbirtus regnum redintegavit.

Ethelbald and Ethelbert.

DCCCLXII. Ethelbirtus filius Ethulfi regis solus rex Angliæ. Deposito Sancti Swithuni episcopi.<sup>1</sup>

DCCCLXVII. Ethelredus filius Ethulfi rex Angliæ. Iste in uno anno novies pugnavit contra Dacos cum exercitu appulsos in Angliam. Duos reges eorum extinxit, Inguar et Hubbam, comites xiv., vulgus innumerum. Sanctus Edmundus passus est, rex Orientalium Anglorum.<sup>1</sup>

Ethelred.

S. Edmund.

DCCCLXXII. Eluredus filius Ethulfi rex Angliæ. Iste supra modum et numerum cum Dacis certans, qui, velut capita

hydræ, quanto crebrius plectebantur, tanto copiosius Angliæ influebant, Gurmundo regem eorum captum compulsi fieri Christianum. Hasteng vero, qui cum Gurmundo venerat, fidem nostram deridentem, Eluredus ex Anglia fugavit; qui navigio adiens pulcherrimam tunc temporis civitatem Lunam,<sup>6</sup> immani eam crudelitate et inaudita prius calliditate, destruxit.

Defeat of Guthrum and Hast- ing.

<sup>1</sup> In the margin.

<sup>2</sup> *Chiltecumba*] Ciltecumba, C.C.C.

<sup>3</sup> Brichtewell in Berkshire.

<sup>4</sup> *Ethelbirtus*] Etherbirtus, C.C.C.

<sup>5</sup> *reges*] regis, Cott.

<sup>6</sup> *i.e.* Spezia.

Cambridge University Press

978-1-108-04312-0 - Annales Monastici, Volume 2: Annales Monasterii de Wintonia (A.D. 519-1277), Annales Monasterii de Waverlei (A.D. 1-1291)

Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 872. *Leges Britonum rex Eluredus transtulit in Anglicum, quæ MS. C.C.C. 339.*  
 Laws of Alfred. tunc dicebantur leges regis Eluredi; et multos libros trans-  
 Monas- tulit eodem modo. Iste instituit hundredos et tethingas ad  
 teries at latrones investigandos. Iste condidit duo monasteria, unum  
 Athelney in Ethelingeme ad opus monachorum et aliud in Scefteberia ad  
 and opus sanctimonialium. Iste fecit in Wintonia in cœmiterio  
 Shaftes- episcopalis ecclesiæ novum monasterium; quod multis ditatum  
 bury. possessionibus Sancto Grimbaldo dedit, ut sic illum retineret  
 f. 10 b. in Anglia. Iste regnum Anglorum ante dies suos rude et  
 Founda- incompositum, totum erudivit<sup>1</sup> et informavit ad regulam. In  
 tion of the proverbiis ita enituit, ut nemo post illum amplius. Rex  
 new mon- Eluredus sepultus est in novo monasterio apud Wintoniam.  
 astery at Iste Eluredus dedit ad augmentum Tantonix villam quæ  
 Winches- dicitur Rinctun,<sup>2</sup> ad opus Wintoniensi ecclesiæ.  
 ter, i.e. Hyde. dcccci. Edwardus filius Eluredi rex Angliæ. Hujus filia  
 the Elder. fuit Sancta Edburga, cujus sacrum corpus in Wintonia  
 requiescit apud Nunnemenstre<sup>3</sup> sine fallacia; licet monachi  
 de Malverna<sup>4</sup> se falso jactitent illud habere. Tres filios reges  
 habuit successores; Ethelstanum, Edmundum, et Edredum.  
 Iste dedit ecclesiæ Wintoniensi quatuor maneria, scilicet  
 Husseburnam, Witchurche, Owertonam, et unam Stokam-  
 Dedit et novo monasterio, quod pater suus erexit in Wintonia,  
 prædia multa; in quo quiescit humatus.
- Athelstan. dccccxiv. Ethelstanus filius Edwardi rex Angliæ. Iste  
 unum regem Scottorum,<sup>5</sup> et quinque reges Dacorum, et duo-  
 decim comites, cum copiis suis uno certamine vita privavit.  
 Safe con- Iste tantam pacem teneri fecit in Anglia, quod torques  
 dition of aureus si exponeretur in compito, citius ibi putresceret quam<sup>6</sup>  
 England. furto tolleretur. Iste dedit Wintoniensi ecclesiæ caput Sancti  
 His gifts to Justi Martyris et tria maneria, scilicet Chilboldintun, Evedford,<sup>7</sup>  
 Winchester. et Eismereswordam.<sup>8</sup> Monasterio etiam Malmesberix multa  
 contulit, in quo humatus fuit. Cujus corpus pia præsumptione  
 fratrum ejusdem loci de terra levatum, et in feretro est  
 reconditum.
- Edmund I. dccccxl. Edmundus, frater Ethelstani, rex Angliæ. Iste  
 quodam die festo suis, sibi nefasto, ad mensam cum magnatibus  
 He is killed sedens, vidit infortunio quendam quem oderat et de regno  
 by [Liöfa]. ejecerat, ausu regressum temerario, suo insuper interesse con-  
 vivio. Quem, ut erat impatientissimus, rex ipse de mensa  
 exiliens per capillos traxit de medio convivantium, et dum

<sup>1</sup> *erudivit*] erud'avit, C.C.C.<sup>2</sup> Rympton in Somersetshire.<sup>3</sup> *Nunnemenstre*] Nunnamunster,  
C.C.C., i.e. St. Mary's abbey.<sup>4</sup> *Malverna*] Malumpna, Cott.<sup>5</sup> Constantine III.<sup>6</sup> *quam*] quod, C.C.C.<sup>7</sup> Alvesford, in Hampshire.<sup>8</sup> Ashmersworth in Hampshire.